Quelle: http://manuscripta.at/?ID=900
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



milites solent dona accipe. hoc enī
agitur plerumq; die kalendarum
ianuariarum. ⁊ natali principum ⁊ ur
bium regiarum. exquisiuit quatinus
eos simpliciter et ex prisca consuetu
dine fallere potuisset. uissitq; ut
unusquisq; ad manum imperatoris
accedentium ammonitus officiis
primo incensum offerret. Erat enī
ante eum positū thus ⁊ ara. secdm
antiquam romanorum sollempnitatē.
Tunc quidem alii licenter suam
fortitudinem ostenderūt. ⁊ neq; in
censum offerre. neq; donū ab im
peratore accipe sūt passi. Alii uero oc
casione legis ⁊ antiquitatis. neq; mē
te perceperūt. qd cōmisere peccatū.
Verum alii propter lucrū capti aut
timore turbati seu uissione re
pentina conclusi. licet intellex
erint. tamē paganitatē. declinare
nequierunt. Plurimi siquidem
per ignorantiam decepti. dū inter
cybos ut assolet ⁊ pocula inuoca
rent inter alterutros xpm respō
dens quidā dixit. Quid patimini
inuocantes xpm. quē ante pau
lulum denegastis. dū donū ab im
peratore percipientes. thus in igne
mitteretis. Cumq; milites hoc
audissent. et qd gesserant agno
uissent. statim exilientes publi
ce currebant atq; impetu facto
clamabant dm suū. ⁊ omēs hoīes
testabantur xpianos eē. ⁊ in eo no
mine permanere atq; per ignorantiā
se fecisse. ⁊ si dici posset sola ma
num paganā eē conscientia uero ni
chil se mali egisse. Cumq; uenis
sent ad principem proiecerūt aurū qd
acceperant. forti uoce poscebant. ut
reciperet qd dedisset. ⁊ illos occideret.
se enim agere penitentiā fatebantur.
eo quod improuide eorum dextera peccasset.
et studere propter xpm totū corpus pene
contradere. Theod.

Hec furorem mouerūt imperatoris.
Et primo quidem eorum capita uis
sit auferri. Cumq; deducerentur ad
mortem. sequente populo miratiq;
eorum uirtutē pro pietate susceptam.
uenerunt ad locū quo rei puniri
solent. Tunc spiculatorē rogauit
senior omniū. ut ante omēs caput
cuiusdam nomine adhuc adoles romani
centis absciderēt. ne dū alios respi
ceret frangeretur. Cumq; ille genua
fixisset in terra. ⁊ spiculator gladiū
euaginasset. uenit repente nun
cius clamore prohibens necē. Porro
iuuenculus ille occisione priuatus
ait. Non fuit romanus dignus ut
xpi mr appellaretur. Et licet sanguinē
malignus imperator fundi prohibu
isset. ductus inuidia. ueruntamē
nō eos in ciuitatibus habitare permisit.
sed ad ultima romanorum loca exilio
destinauit. Theod.

Postea uero precepit. ut qui sacrifi
care noluerint. in palatiū nō
intrarent. ut neq; collegio. neq;
foro eos. neq; arbitrio. neq; ulla
dignitate. nec qualibet ammi
nistratione participari uissit.

Cum igitur iulianus xxxi.
Apud pytium dafneū peteret
responsa. de parthici belli uicto
ria. ⁊ ille uicinitatē babile mpis